



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Notæ veræ Ecclesiæ ex statu religioso.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

ebriositas, periculosa conversatio, sicut matrimonium non parit adulteria, sed similes quoque excessus. Mendacium etiam apertum est Augustana confessionis & centuriatorum, quod primùm ante 400 annos in Germania introductus sit cœlibatus Sacerdotum. Patet contrarium ex Conc. Aquisgranensi, Moguntino, Wormatiensi de cœlibatu clericorum in Germania habitis. Womatiense habitum Anno 868. Can. 9. Inter cætera secundum antiquos canones habet haec formalia: *Placuit, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi abstineant se ab uxoribus.* Ob munia scilicet, quæ habent orandi, prædicandi, sacrificandi, & Sacra-menta administrandi. Quis in Ecclesia Græca olim mos fuerit. V. infrà Tit. *Episcopi.* Quid multa? idem sagaciores viri ex sectariis con-gruere judicant, imò in apologia Aug. Confess. Tit. de conjugio Sacerdotum dicitur: *Virginitas donum est præstantius conjugio.*

Nota vera Ecclesia ex statu religioso.

Mirum est, quomodo Sectarii & maximæ eorum columnæ, excuculati scilicet Apostatæ consilia Evangelica à Christo data, & claros de iis textus obscurare aut detorquere co-nentur. V. g. Dum Matth. 19. à v. 15. & Marc. 10. quidam interrogasset Christum: *Quid faciam? ut vitam aeternam percipiam,* & Christus ei respondisset: *Serva mandata,* eaque ex Decalogo explicasset, isque reponeret, se hæc

158 *Pars secunda de elevatione*
omnia servâsse à juventute sua , ait illi JESUS,
si vis perfectus esse , vade , vende qua habes , & da
pauperibus , & veni , & sequere me . Kemnitius
audet effutire , hæc non serio dixisse Christum ,
sed illudere voluisse adolescenti , eò quod ja-
Etasslet se præcepta Dei omnia observâsse , qui
tamen servatu sunt impossibilia . O miser & ma-
ligne Hæretice ! Christus & serio dixit , ut ser-
varet præcepta , nam ad longum ei explicavit ,
& Matth. 11. dicit : Tollite jugum meum super
vos , jugum enim meum suave est , & onus men-
leve , sive observatio legis cum mea gratia , &
quomodo potuit ei illudere tanquam irrendaci
jactabundo ? Quem dicentem hac omnia obser-
vavi , Jesus intuitus dilexit eum (non sanè ob-
mendacem , sed candidum genium . Nam Pha-
risaicum ac jactabundum agendi loquendique
inmodum semper acriter insectatus est) & dixit
ei , unum NB. tibi deest , (scilicet præter man-
datorum observationem perfectius vitæ genus)
Vade , vende qua habes . &c. & sequere me . Marc.
10. v. 21. Et quid clariùs quam illa verba Petri
Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia , & secuti
sumus te , quid ergo erit nobis ? & illa verba Chri-
sti à v. 28. JESUS autem dixit illis : Amen dico
vobis , quod vos , qui secuti estis me , in regene-
ratione cum sederit filius hominis in sede Maiesta-
tis sua , sedebitis & vos super sedes 12. judicantes
12. tribus Israel . In sedibus , ait Bern. quies im-
perturbata est , in judicio dignitatis eminentia com-
mendatur . Quis secularis honor in tanta subli-
mitatis comparatione non vilescat ? Judicent nunc ,

Et prejudicent superbæ filii, cum Reges suos sedcant,
qui sibi latera aquilonis elegit, transibimus, Et ecce
non erunt. Postquam hanc prærogativam ad-
dixit Christus consilia Evangelica secentibus
subjungit : *Et omnis, qui reliquerit dominum, vel*
fratres aut sorores, aut patrem aut matrem, aut
uxorem, aut filios aut agros propter nomen meum
[his verbis clare indicatur paupertas volunta-
ria, mors civilis erga carnem & sanguinem, &
voluntaria abstinentia à carnalibus amplexibus,
adeoque castitas] centuplum accipiet, Et vitam
eternam possidebit. Quod autem suprà citato
adolescenti dixerit : *Veni, Et sequere me, & ali-*
bi, tollite jugum meum crucem super vos post me,
per hoc denotatur obedientia ipsi & ipsius loco
constitutis præstanta. Et quid plus est religio-
sus status quam hæc tria Deo dicata, voluntaria
paupertas, castitas & obedientia? equidem te-
ste eodem Salvatore nostro non omnes capiunt
verbum hoc, sicut & adolescens, qui mandata
observaverat, non capiebat, eò quod multas
haberet possessiones, & sideo tristis abiit. Ca-
piebant tamen Apostoli, & eorum successores
de sæculo in sæculum in orbe totō, in vastis Æ-
gypti Palæstinæ &c. solitudinibus, innumeri
Principes, nobiles, divites, summi, imi, medioxini-
mi utriusque sexus ab initio Christianæ legis pro-
pagatæ per orbem usque huc. Nec est possibili-
le, ut illa non sit vera Ecclesia, in qua adeo
perfecta storet consiliorum Evangelicorum ob-
servatio, & tot præterea in diversis religiosis
ordinibus hæroicæ erga proximum ad Dei ma-

jorem

jorem gloriam vigent caritatis exempla, v.g. redemptio captivorum ex mancipatu Barbarorum sui etiam ipsius oblatione, patientia laborum, ærumnarum, cruciatuum, ipsius mortis & mille tormentorum contemptus purè pro Christi fide in ultimis terræ partibus apud homines feris similes propagandâ. Et quomodo possibile est? ut illæ sectæ, quæ à religiosis v.g. Apostatis sumpsere initium, consilia Evangelica sustinent esse figmentum, (cùm præcepta Dei servari ne quidem possint) & fidem solam sufficere sine bonis operibus volunt, illæ inquam sectæ D. N. J. C. autorem, ejusque Apostolos, & horum in primis sæculis successores habuerint propagatores. Si autem nec autorem Christum, nec propagatores Apostolos eorumque primis sæculis successores habent, de maligno sunt. Nos pergamus ad elevationes pias mentis in Deum ex ipsis religiosi statûs qualitatibus.

Status Religiosus.

Ecce nunc benedicite Domiu[m] omnes servi Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri, in noctibus (cantantes in cho-ro) extollite manus vestras in Sancta, & benedicit[e] Dominum. Ps. 133. Narrabo nomen tuum (verbo & exemplo) fratribus meis, in medio Ecclesia laudabo te. Ps. 21. Melior est dies una in atriis super millia. Elegi abjectus esse in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccato-
rum.